

Reg. 6, 23. Quod ergo hic dicitur, duos Cherubim in singulis summitatibus, id est, extremitatibus (hoc enim significat *Hebraicum kaise*) propitiatorii esse positos, intellige ex eo quod processit, in singulis unum, nos duos fuisse positos. Id patet ex Hebraeis, quae habent: *Ex propitiatorii fecit cherubim à duobus ejus lateribus*. Ita Abulensis.

CAPUT XXXVIII.

1. Fecit et altare holocausti de lignis Setim, quinquae cubitorum per quadrum, et trium in altitudine.
2. Cujus cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis aeneis.
3. Et in usus ejus paravit ex aere vasa diversa, lebetes, forcipes, fuscinae, uncinos, et ignium receptacula.
4. Craticulamque ejus in modum retis fecit aeneam, et subter eam in altaris medio arulam.
5. Fuisit quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immitendos vectes ad portandum.
6. Quos et ipsos fecit de lignis Setim, et operuit laminis aeneis.
7. Induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed eavum ex tabulis, et intus vacuum.
8. Fecit et labrum aeneum cum basi sua de speculis mulierum, quae excubabant in ostio tabernaculi.
9. Fecit et atrium, in cuius australi plagâ erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum.
10. Columnae aeneae, viginti cum basibus suis, capita columnarum, et tota operis calatura argentea.
11. Aequae ad septentrionalem plagam tentoria, columnae, basesque et capita columnarum, ejusdem mensurae, et operis, ac metalli erant.
12. In eâ verò plagâ, quae ad occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnae decem cum basibus suis aeneae, et capita columnarum, et tota operis calatura, argentea.
13. Porrò contra orientem, quinquaginta cubitorum paravit tentoria,
14. Et quibus quinquidem cubitos columnarum trium, cum basibus suis, unum tenebat latus;
15. Et in parte alterâ (quâ inter utraque introitum tabernaculi fecit) quinquidem aequae cubitorum erant tentoria, columnaeque tres, et bases totidem.
16. Cuncta atrii tentoria bysso retorta texerant.
17. Bases columnarum fuere aeneae, capita autem earum cum cunctis calaturis suis argenteae; sed et ipsae columnas atrii vestivit argento.
18. Et in introitu ejus opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpurâ, vermiculo, ac bysso retortâ, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinquae cubitorum erat, juxta mensuram quam cuncta atrii tentoria habebant.
19. Columnae autem in ingressu fuere quatuor cum basibus aeneis, capitaeque earum et calaturae argenteae.
20. Paxillos quoque tabernaculi et atrii per gymrum fecit aeneos.
21. Haec sunt instrumenta tabernaculi testimonii

VERS. 17. — *VECTE* hastili, seu scapo candelabri.

VERS. 19. — *AEQUUM ERAT OPUS EX CALAMORUM*, scilicet calamis, vel brachiis candelabri omnibus in eandem altitudinem surgentibus. Reliqua vide e. 23 et 50.

CHAPITRE XXXVIII.

1. Bésécéel fit aussi l'autel des holocaustes de bois de Setim, qui avait cinq coudées en carré, et trois de haut.
2. Quatre cornes s'élevaient de ses quatre coins; et il le couvrit de lames d'airain.
3. Il fit d'airain plusieurs vaisseaux différents pour l'usage de cet autel, des chaudières, des tenailles, des pincettes, des crocs et des brasières.
4. Une grille d'airain en forme de rets, et au-dessous un foyer au milieu de l'autel.
5. Il jeta en fonte quatre anneaux qu'il mit aux quatre coins de cette grille, pour y passer des bâtons qui pussent servir pour porter l'autel;
6. Il fit aussi ces bâtons de bois de Setim, il les couvrit de lames d'airain,
7. Et les fit passer dans les anneaux qui sortaient des côtés de l'autel. Or, l'autel n'était pas solide, mais il était composé d'ais, étant creux et vide au dedans.
8. Il fit encore un bassin d'airain avec sa base, et il employa pour cet ouvrage des miroirs d'airain, que la piété des femmes qui veillaient à la porte du tabernacle les porta à offrir au Seigneur.
9. Il fit de plus le parvis en la manière qui suit: au côté du midi il y avait des rideaux de fin lin longs de cent coudées.
10. Il y avait aussi, pour les soutenir, vingt colonnes d'airain avec leurs bases, et les chapiteaux de ces colonnes, avec tous leurs ornemens, étaient d'argent.
11. Du côté du septentrion il y avait des rideaux qui tenaient le même espace; les colonnes destinées à les soutenir, avec leurs bases et leurs chapiteaux, étaient de même mesure, de même métal, et travaillées de même manière.
12. Mais au côté du parvis qui regardait l'occident, les rideaux ne s'étendaient que dans l'espace de cinquante coudées; il y avait seulement, pour les soutenir, dix colonnes d'airain avec leurs bases; et les chapiteaux des colonnes, avec tous leurs ornemens, étaient d'argent.
13. Du côté de l'orient, il mit de même des rideaux qui occupaient cinquante coudées de long,
14. Dont il y avait quinze coudées d'un côté, avec trois colonnes et leurs bases;
15. Et quinze coudées aussi de l'autre côté avec les rideaux, trois colonnes et leurs bases, ce qui ne faisait que six colonnes; car au milieu, entre les deux dernières colonnes, il fit l'entrée du tabernacle.
16. Tous ces rideaux du parvis étaient tissés de fin lin retors.
17. Les bases des colonnes étaient d'airain, leurs chapiteaux, avec tous leurs ornemens, étaient d'argent, et il les couvrit les colonnes même du parvis de lames d'argent.
18. Il fit le grand voile qui était à l'entrée du parvis, d'un ouvrage de broderie d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin retors; il avait vingt coudées de long, et cinq coudées de haut, selon la hauteur de tous les rideaux du parvis.
19. Il y avait quatre colonnes à l'entrée du tabernacle avec leurs bases d'airain; et leurs chapiteaux, ainsi que leurs ornemens, étaient d'argent.
20. Il fit aussi des pieux d'airain, pour mettre tout autour du tabernacle et du parvis, afin d'y attacher les rideaux.
21. Ce sont là toutes les parties qui composaient le

quae enumerata sunt juxta praeceptum Moysi in ceremoniis levitarum per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis.

22. Quae Beseleel filius Uri, filii Hur de tribu Juda, Domino per Moysen jubente, compleverat;

23. Juncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan; qui et ipse artifex lignorum egregius fuit, et polymartius atque plumarius ex hyacintho, purpurâ, vermiculo et bysso.

24. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, et quod oblatum est in donariis, viginti novem talentorum fuit, et septingentorum triginta siclorum, ad mensuram sanctuarii.

25. Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum, à viginti annis et supra, de sexcentis tribus millibus et quingentis quinquaginta armatorum.

26. Fuerunt praeterea centum talenta argenti, et quibus conflatae sunt bases sanctuarii, et introitus ubi velum pendet.

27. Centum bases factae sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.

28. De mille autem septingentis et septuaginta quinque fecit capita columnarum, quas et ipsas vestivit argento.

29. Aëris quoque oblatae sunt talenta septuaginta duo millia, et quadragesimae supra sicli,

30. Quae quibus factae sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, et altare aeneum cum craticulâ sua, omniaque vasa quae ad usum ejus pertinent,

31. Et bases atrii tam in circulo quam in ingressu ejus, et paxilli tabernaculi atque atrii per gymrum.

COMMENTARIUM.

VERS. 8. — *FECIT ET LABRUM AENEUM CUM BASI SUA DE SPECULIS MULIERUM*. Pro *de speculis*, hebr. est *benarot*, id est, in visibilibus, vel in speculis, q. d. : Fecit labrum ita tersum et politum ut esset in speculum, quo scilicet intueri se possent mulieres alitque convenientes ad tabernaculum. Ita Cajet. Verum hebraeum *beth*, id est, in, saepe sumitur pro *min*, id est, ex, de; unde alii passim vertunt: *De speculis*, quod primò sic aliqui exponunt, non quòd labrum factum esset ex speculis, sed quòd haberet specula circum se pendentiâ, in quibus se specularerent et intuerentur sacerdotes an maculis essent aspersi. Alii censent labrum factum esse ex speculis, id est, ex integumentis aeneis speculorum. Ita Abul. : sed inania sunt haec omnia; nam Septuag. vertunt: *Ex rubeo porphyro*, et Chaldeus alitque passim per *marot* accipiunt specula, ex eisque propriè factum esse hoc labrum lavatorum censent. Neque mirum videri debet specula haec facta fuisse ex aere: nam Plinius lib. 33, c. 9; et lib. 54, c. 17, docet olim optima specula fuisse Brundusina ex stanno et aere diligentissimè terso et polito, sed postea praelata fuisse argentea. Aliqui probabiliter censent specula haec non conficisse totum labrum, sed ei circumferre affabrè fuisse incerta et quasi intexta, quod satisfaci, concinnum videtur et elegans, dummodò fatèamur ex his speculis constitisse labrum, non

tabernacle du témoignage, que Moïse commanda à Ithamar, fils d'Aaron, grand-prêtre, de donner par compte aux lévites, afin qu'ils en fussent chargés.

22. Bésécéel, fils d'Uri, qui était fils de Hur, de la tribu de Juda, acheva tout l'ouvrage, selon l'ordre que le Seigneur en avait donné par la bouche de Moïse;

23. Il eut pour compagnon Ooliab, fils d'Achisamech, de la tribu de Dan, qui savait aussi travailler excellentement en bois, en étoffes tissées de fin lin, de différentes couleurs, et en broderie d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin.

24. Tout l'or qui fut employé pour les ouvrages du sanctuaire, et qui fut offert à Dieu dans les dons volontaires du peuple, était de vingt-neuf talents, et de sept cent trente-sicles, selon la mesure du sanctuaire.

Or, le talent d'or valait 69,351 liv. 5 sols, et le sicle d'or 14 liv. 4 s. 9 d.

25. Ces oblations furent faites par ceux qui entrèrent dans le dénombrement, ayant vingt ans et au-dessus, et qui étaient au nombre de six cent trois mille cinq cent cinquante hommes portant les armes.

26. Il y eut de plus cent talents d'argent, dont furent faites les bases du sanctuaire, et l'entrée où le voile était suspendu.

27. Il fit cent bases de cent talents; chaque base était d'un talent, et le talent d'argent valait 4,867 liv. 5 s. 9 d.

28. Il employa mille sept cent soixante-quinze sicles d'argent aux chapiteaux des colonnes, et il revêtit ces mêmes colonnes de lames d'argent; le sicle d'argent était de 52 s. 6 d.

29. On offrit aussi soixante-dix talents d'airain, et deux mille quatre cents sicles.

30. Qui furent employés à faire les bases à l'entrée du tabernacle du témoignage, et l'autel d'airain avec sa grille, et tous les vases qui devaient servir à son usage;

31. Et les bases du parvis qui étaient tout autour et à l'entrée avec les pieux qui s'employaient autour du tabernacle et du parvis, pour le soutenir.

autem illa labro appensa fuisse duntaxat vel annexa: simili enim modo calices aurei intexturum adamantibus alitque gemmis magno tum pretio, tum ornatu et elegantia; de his enim verò dici potest quòd facti sint vel constant adamantibus, esto majori ex parte constant auro.

Nota hic priscam devotionem et ritum quo sanctae mulieres, praesertim cum se totas Dei obsequio dicabant, sua specula et ornamenta, per quae ante vanitatis et mundi servierant, jam conversa, secum pariter Deo consecrabant.

Ita Sophia socrus, et Constantina uxor Mauricii imp. coronam in Ecclesiâ Deo obtulerunt.

Ita S. Ludgardis matrona sanctissima, juxta ac castissima, praeter patrimonium, totum etiam mundum muliebrem quem in divite copiâ possidebat, Ecclesiae obtulit ut divinus cultus inde promoveretur. Ita Pulcheria, Arcadii filia, è patrimonio suo Virginii Deipharæ nobile templum aedificavit in quo S. Virginis vestes cultu magnificentissimo asservari curavit, easque gemmis monilibus ac etiam vestibus propriis adornavit; itaque ipsa tam sua quam se, suamque virginitatem S. Virginii devovit, atque in aula religionis egi vitam cum sororibus reginis, et cum fratre Theodosio imp., ac postea cum Marciano marito imp., illisæ semper virginitate; indeque ipsa imperium sub

et 2 Machab. 3, 20. Inter has vixit et educata fuit B. Virgo, postquam triennis presentata fuit in templo. Erat hic quasi cœtus religiosus fœminatæ devotorum illius temporis, qui quasi typus erat et umbra nostrarum religiosarum, quæ merito ab hiscè originem et antiquitatem suam accessere possunt. Quin et gentiles similem instituerunt costum virginum, quæ excubant in fanis, et sacrum Veste ignem custodirent: unde et Vestales dicebantur.

Ergo militantiæ exercitus est virginum religiosarum multitudo, quæ in cenobiis templisque in ipso ætatis flore presentate, Deiparæ Virginis vexillum sequuntur. Nam, ut ait S. Chrys. hom. 8 in Matt.: *Communis feminis et viris adversis diabolum pugna est, superque in hujusmodi acie fortius viris feminæ decertant, ac trophæis insignibus clarantur.* Atque ut alia eadem, femina infirma in se majorem habet hostem, puta inconstantiam et petulantiam mentis æquæ ac carnis, quàm vir: victoria ergo feminæ nobilior est quàm viri. Quis non miretur Theclam, Agnetem, Catharinam, Ursulam? *Hæc, inquit S. Amb. 1. 1 de Virg., est millia illa cœlestis quam laudentium exercitus angelorum promittebat in terris.* Hinc illud Cant. 7: *Quid tidesis in Sulanite, nisi chorus castrorum?* Castris similes sunt virginum congregationes, quæ bellum cum hoste gerunt; chorus, quia divinas laudes canunt, inquit Theod. Unde S. Ambr., supra: *Quid, ait, de virginibus Bononiensibus loquitur, quæ relicto parentum hospitio, tendant in tabernaculis Christi indefessæ miles castitatis; nunc canticis spiritualibus personant, nunc victum operibus exercent?*

VERS. 9. — TENTORIA. Ita vocat passim hic vela atrii v. 10, 11, 12, 13, 15, 16, 18.

VERS. 17. — BASES COLUMNARUM FUERE ÆNEÆ,

CAPTA AUTEM EARUM CUM CUNCTIS CELATURIS SUI ARGENTEA. *Capita, rectè: hoc enim hebræum vox, significare bene docet Oleaster ex c. 27, v. 10 et 11; ibi enim omnes vanim, vertunt capita. Verùm quia hic alia in Hebræo vox ponitur, quæ caput significat, idè Septuag. et Chald. vanim, hic vertunt uncinos: utriusque rectè; nam van clavum significat ejusque caput, qualis est character litteræ hebrææ vau, quem Sept. et Chald. vocant uncinum; et verisimile est italia fuisse columnarum capita, ut instar clavi inferitis in cuspidem, superius in tuber disinerent, quod tuber erat capitulum horum, sive uncinorum caput Hebræa ergo sic veritas: *Fixi columnarum capita cum suis celaturis argentea, et operimentum, seu tuber capitulum argenteum.* Sic intellige et versum 19.*

VERS. 21. — HÆC SUNT INSTRUMENTA TABERNACULI, etc., IN CÆREMONIIS (id est, in ministerium, ut habent Hebr. et Septuag.) LEVITARUM. Levitæ enim deserviebant tabernaculi dissolutioni et translationi, cum movenda essent castra; et rursus ejusdem compositioni, quando castra erant figenda, et his præerat Ithamar junior Aaronis filius, qui proinde singulorum tabernaculi instrumentorum annumerandus erat computus: sicut levitæ alia ipsa vasa et supellectilem tabernaculi de-

et 2 Machab. 3, 20. Inter has vixit et educata fuit B. Virgo, postquam triennis presentata fuit in templo. Erat hic quasi cœtus religiosus fœminatæ devotorum illius temporis, qui quasi typus erat et umbra nostrarum religiosarum, quæ merito ab hiscè originem et antiquitatem suam accessere possunt. Quin et gentiles similem instituerunt costum virginum, quæ excubant in fanis, et sacrum Veste ignem custodirent: unde et Vestales dicebantur.

Ergo militantiæ exercitus est virginum religiosarum multitudo, quæ in cenobiis templisque in ipso ætatis flore presentate, Deiparæ Virginis vexillum sequuntur. Nam, ut ait S. Chrys. hom. 8 in Matt.: *Communis feminis et viris adversis diabolum pugna est, superque in hujusmodi acie fortius viris feminæ decertant, ac trophæis insignibus clarantur.* Atque ut alia eadem, femina infirma in se majorem habet hostem, puta inconstantiam et petulantiam mentis æquæ ac carnis, quàm vir: victoria ergo feminæ nobilior est quàm viri. Quis non miretur Theclam, Agnetem, Catharinam, Ursulam? *Hæc, inquit S. Amb. 1. 1 de Virg., est millia illa cœlestis quam laudentium exercitus angelorum promittebat in terris.* Hinc illud Cant. 7: *Quid tidesis in Sulanite, nisi chorus castrorum?* Castris similes sunt virginum congregationes, quæ bellum cum hoste gerunt; chorus, quia divinas laudes canunt, inquit Theod. Unde S. Ambr., supra: *Quid, ait, de virginibus Bononiensibus loquitur, quæ relicto parentum hospitio, tendant in tabernaculis Christi indefessæ miles castitatis; nunc canticis spiritualibus personant, nunc victum operibus exercent?*

VERS. 9. — TENTORIA. Ita vocat passim hic vela atrii v. 10, 11, 12, 13, 15, 16, 18.

VERS. 17. — BASES COLUMNARUM FUERE ÆNEÆ,

CAPTA AUTEM EARUM CUM CUNCTIS CELATURIS SUI ARGENTEA. *Capita, rectè: hoc enim hebræum vox, significare bene docet Oleaster ex c. 27, v. 10 et 11; ibi enim omnes vanim, vertunt capita. Verùm quia hic alia in Hebræo vox ponitur, quæ caput significat, idè Septuag. et Chald. vanim, hic vertunt uncinos: utriusque rectè; nam van clavum significat ejusque caput, qualis est character litteræ hebrææ vau, quem Sept. et Chald. vocant uncinum; et verisimile est italia fuisse columnarum capita, ut instar clavi inferitis in cuspidem, superius in tuber disinerent, quod tuber erat capitulum horum, sive uncinorum caput Hebræa ergo sic veritas: *Fixi columnarum capita cum suis celaturis argentea, et operimentum, seu tuber capitulum argenteum.* Sic intellige et versum 19.*

VERS. 21. — HÆC SUNT INSTRUMENTA TABERNACULI, etc., IN CÆREMONIIS (id est, in ministerium, ut habent Hebr. et Septuag.) LEVITARUM. Levitæ enim deserviebant tabernaculi dissolutioni et translationi, cum movenda essent castra; et rursus ejusdem compositioni, quando castra erant figenda, et his præerat Ithamar junior Aaronis filius, qui proinde singulorum tabernaculi instrumentorum annumerandus erat computus: sicut levitæ alia ipsa vasa et supellectilem tabernaculi de-

ferentibus, qui soli erant Caathite, sive posterii Caath, filii Levi, præerat Eleazar, frater Ithamar senior. De his plura Num. 4.

VERS. 25 et 26. — OBLATUM EST AUTEM AB HIS QUI TRANSEUNT AD NUMERUM (qui numerati sunt) A VIGINTI ANNIS ET SUPRA, DE SEXCENTIS TRIBUS MILLIBUS, ET QUINGENTIS QUINGUAGINTA ARMATORUM; FUERUNT PRÆTEREA CENTUM TALENTA ARGENTI. *Oblatum est, non aurum quod præcessit: illud enim jam dixit non ex censu populi, sed ex spontaneis donariis fuisse collectum; sed id quod in censu ex lege c. 30, 15, jussum erat offerri, videlicet medius sicles argenti à singulis capitibus; ita ut oblata fuerint argenti centum talenta et 1775 sicles à sexcentis tribus millibus et 350 Hebræis (tot enim censebantur et numerabantur): sed noster interpres id intelligendum reliquit ex cap. 30, 15, et eo eadem toties repeteret, omisit, ut solet, maxime cum sequatur proximè illa argenti per censum collecti distributio. Quod ergo vertit: *Fuerunt præterea centum, etc.*, idem est ac si dicat, fuerunt ergo, vel unde fuerunt præterea, q. d.: Oblatum fuit in sensu à sexcentis tribus millibus et 350 id quod erat præceptum, videlicet medius sicles à quolibet capite: unde factum est ut præterea, id est, præter illa 29 talenta auri, de quibus dixi v. 24, collecta fuerint ex censu populi argenti talenta centum. Hoc ita esse huncque esse sensum patet ex Hebræo, qui sic habet ad verbum, et argenti, scilicet numerus et pondus, quod oblatum fuit à numeratis synagoga, fuit centum talenta, mille septingenti septuaginta quinque sicles, juxta pondus sanctuarii; dimidium sicles in singula capita, vel à singulis capitibus, scilicet oblatum fuit. Pari modo habent Sept. et Chald.; sed noster interpres multa ex his, ob causam jam dictam omisit. Ita Abul., Lipom. et Hebræi.*

Hinc manifestè colligitur (ut rectè advertit Vilalpand. et pauci alii) talentum hebræum continuisse tria millia sicularum. Id demonstro; nam Hebræa, Chald. et Sept. hic dicunt primò, eos qui fuerunt hic censi, et obtulerunt census pretium fuisse sexcenta et tria millia cum 350; quinque quisque eorum obtulerit dimidium siculum, sequitur summam oblatam, sive summam sicularum fuisse dimidium numeri offerentium, ita ut tot fuerint integri sicles, quot erant offerentes dimidià ex parte. Itaque cum offerentes medium siculum fuerint sexcenta et tria millia et 350, sequitur sicles integros ab eis oblatos fuisse ad trecenta millia et 1775. Secundò, Hebræa, Chald. et Septuag. dicunt summam ab eis oblatam fuisse 100 talentorum et 1775 sicularum: summa autem oblata fuit, uti jam dixi, trecenta millia sicularum et 1775 sicles; ergo trecenta millia sicularum et 1775 sicles faciunt 100 talenta et 1775 sicles. Jam tolle 1775 sicles utrinque communes, ecce tunc remanent 100 talenta æquivalentia trecentis millibus sicularum; divide ergo trecenta millia sicularum per 100 talenta, habebis pro quolibet talento tria millia sicularum. Hic ergo clara demonstratio arithmetica concluditur talentum hebræum continuisse tria millia sicularum, sive

argenti, si argentum esset, sive auri, si aureum esset talentum.

Dices: Joseph talento assignat sex millia sicularum; nam lib. 5, c. 7, ait candelabrum (quod erat factum ex talento auri) fuisse pondus minarum 100; mina autem habet sicles 60, ut patet ex Ezech. 43, 12, et ex Josepho lib. 14 Antiq. c. 12. Jam multiplicata centum minas per sexaginta sicles, invenies sex millia sicularum pro 100 minis, et consequenter pro talento. Aliqui, ut Arias Montanus, Didacus Covarruvias, Tornielius, Robert. Cenalis lib. de Mensuris et aliis ob hoc argumentum putant fuisse duplex talentum apud Hebræos, unum minus et commune jam dictum trium millium sicularum, alterum majus et sacrum sex millium sicularum, ex quo factum sit candelabrum. Verum ex Script. hæc diversitas et varietas talenti periri nequit, neque verisimile est Mosen æquivoce et variè sumere talentum. Adde Mosen sicles oblatos hic à populo jussisse appendi ad siculum sanctuarii, Exodi 30, 24; ergo et talentum ad talentum sanctuarii appendi: talentum autem sanctuarii magnum erat, et secundum illos qui duplex ponunt, majus fuit profano et vulgari; majus ergo hic accipi debet, non minus. Idipsum pluribus demonstrat Vilalpand. in Apparatu urbis et templi p. 2, lib. 2, disp. 4, c. 33, fol. 409.

Ad Josephum respondeo, vel in numeris ejus hic, uti et alibi sæpè, irrepisse errorem; vel Josephum minam hic minorem accipere, scilicet quæ non 60 sed 50 tantum sicles continet: tunc enim 100 minæ faciunt tria millia sicularum. Cum ergo talentum hebræum contineret tria millia sicularum, sicles autem contineret 4 drachmas, hoc est, appenderit 4 regales hispanicos 5 stuforum in argento, et 4 coronatos Francicos in auro, sequitur quòd talentum auri contineret et valuerit 12 millia coronatorum Francicorum; talentum verò argenti contineret et valeret tria millia florenorum.

Hinc sequitur primò, talentum hebræum majus fuisse euboico quòd 400 aureos, et atico quòd 600 valebat. Sequitur secundo talentum hebræum appenderit nonaginta tres libras auri cum duodecim uncias, libram hic accipio majorem sexdecim unciam; id patet, nam sicles continebat quatuor drachmas, sive semunciam (octo enim drachmæ faciunt unciam); quare 52 sicles (qui faciunt 128 coronatos Francicos) faciunt unam libram auri; ergo per multiplicationem, talentum continens tria millia sicularum continebat 93 libras auri cum 12 uncias. Si verò libram accipias minorem, sive vulgarem duodecim unciam, tunc talentum continebat 125 libras. Sequitur tertio, facile ex uno talento, id est, ex 93 libris majoribus fieri potuisse candelabrum templi. Exodi 25, 59. Rursus, Davidem coronam Melchom unius talenti non potuisse gestasse, sed tantum ex eà, id est, ex ejus parte, fecisse sibi diademam, uti exponitur I Paral. 20, 2; non enim decemisse regem sanctum ipsam idoli coronam gestare. Sequitur quarto, Giezi duobus talentis argenti facile potuisse emere agros,

vineas, pecora et ancillas, ut dicitur 4 Reg. 5, v. 25 et 26; nam talentum argenti erant tria millia siclorum argenti, id est, tria millia florenorum: duo ergo talenta argenti valebant sex millia florenorum. Sequitur quintò, cum mina contineret 69 siclos, Ezech. 45, 12, quòd talentum contineret 50 minas, mina ergo ferè continebat duas libras. Quare pelte 500 minarum quæ fecit Salomon 5 Reg. 10, 17, sexcentarum ferè erant librarum, ac proinde ab uno homine vix ferri poterant, erantque magis magnificentie causâ quàm usûs, unde alia senta fecit ipse 600 siclorum. Sequitur sextò, cum David Salomoni pro templo reliquerit, ut habetur 1 Par. 22, 14, centum milia talenta auri, et argenti mille milia talenta, eum reliquisse ipsi his mille et quadringentis milliones auri; millionem voco decies centena milia aureorum, nam centum milia talenta auri faciunt mille ducentos milliones auri. Tantumdem præcisè in auro efficiunt mille milia talenta argenti, nam argenti ad aurum proportio est decupla: uno enim siclus auri valet 10 (et hoc tempore 12) siclos argenti. Quæ summa auri vix jam in totâ Europâ reperiretur; quare David eam non tam suâ industriâ quam Dei benedictione comparavit, ut discant reges si Deo servierint, se cum Davide et Salomone gloriosos et divites fore. Modum ea colligendi ex Ophir, ex tributis, ex bellis et spoliis, ex numeris colligit Vilalpando et Pineda tract. de Salomone. Undecumque ea haberit, certum est e Scripturâ tantum auri et argenti illum habuisse: unde et Scriptura ait, tempore Salomonis, tantam fuisse auri copiam in Jerusalem quanta est lapidum, et argenti non fuisse æstimatam. Sed de talento et ponderibus plura dicuntur alibi.

VERS. 25. — ARMATORUM. Hæc vox non est in Hebræo, sed intelligitur: soli enim apti ad bella et qui ferre poterant arma, censebantur, ut dixi c. 30, 14.

VERS. 27. — CENTUM BASES. Erant enim 40 ad austrum, 40 ad aquilonem, 16 ad partem occidentalem, 4 sub quatuor columnis dividendis Sanctum à Sancto sanctorum, ut præceptum erat c. 26, v. 19 et 56. Ita Abul. Cajet. et alii.

VERS. 28. — DE MILLE AUTEM SEPTINGENTIS ET SEPTUAGINTA QUIQUE. Intellige, sicli, ut exprimitur Septuag. et Chald. et patet ex præcedentibus.

FEICIT CAPITA COLUMNARUM, QUAS ET IPSAS VESTIVIT ARGENTO; q. d. Id quod supra 160 talenta argenti, ex censu collecta, reliquum erat. puta 1775 siclos, impendit Moses capitibus columnarum et columnis inaurandis; non quasi hi 1775 sicli ad hoc sufficerent, sed quòd ii ad hoc expensi fuerint; reliquum verò

CAPUT XXXIX.

1. De hyacintho verò et purpurâ, vermiculo ac bysso, fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi.
2. Fecit igitur superhumeralis de auro, hyacintho, et purpurâ, coccoque his tincto, et bysso retortâ;
3. Opere polimitario, inciditque bracteas aureas, et extenuavit in fila, ut possent tor ueri cum priorum colorum subtegmine,

quod deerat, suppletum fuerit ex pecuniâ aliâ spontè à populo oblata, quæ hic non numeratur, cujus meminit Script. cap. 35, 24; tantum enim voluit Moses hic recensere in quem usum expensa fuerit pecunia ex censu collecta.

Nota. Pro fecit capita, hebr. est, *terit capita*, q. d.: Tuber capitum fecit ex argento, Sept. vertunt: *Decoravit capita eorum*; sed planè videtur in eis mendium irrepisse, ut pro *decoravit*, id est, deargentavit, irrepserit illi affine *decoravit*, id est, deauravit: nam deargentata, non verò deaurata fuisse hæc columnarum capita, docent Hebræa, Chald. et noster, et patet v. 19.

Nota secundo. Pro vestivit, hebraicè est *chissac*, id est, circumlavit, gyravit, id est, vestivit per circuitum et gyrum.

VERS. 29. — ERIS QUOQUE OBLATA SUNT TALENTA SEPTUAGINTA DUO MILLIA, ET QUADRINGENTI SUPRA (ulterioribus) SICLI. Hebr. et Chald. sic habet: *Es oblata sunt septuaginta talenta, et duo milia, et quadringenti sicli*. Quod Septuag., uti nunc eos habemus, sic accipiunt, ut duo milia non ad talenta, sed ad siclos referant: eos sequuntur Cajet., Lipom., Vatablos et alii recentiores. Verum sic plura fuissent argenti talenta oblata et expensa, quàm aris. Adhuc, tam paucos aere non poterunt fieri 60 columnæ aere, de quibus dixi c. 27, 10, item bases, altare, ollæ, paxilli, etc., cum solæ bases argenteæ tabularum singula talentum continerent, ut vidimus cap. 27. Quare optimè omnia consentiunt, si sic distinguas et interpungas: *oblata sunt aris talenta septuaginta, duo milia (supple talenta: neque mirum majorem numerum hic postponi minori; hoc enim solemne est Hebræis) et quadringenti sicli*; ita ut fuerint duo milia talentorum aris, et 70 talenta, et 400 insuper sicli. Porrò in Septuag. plurimos irrepisse errores in numeris nemo nescit, ut et hic trecenta supra alios numeros irrepserunt.

Nota. Duo milia talentorum cum 70 talentis et 400 siclis, faciunt 258,766 libras; quare hæc omnia non poterunt vehi sex plaustris datis Gersonitis et Meraritis ad subvehenda vasa tabernaculi, Num. 7, 5. Nam unum plaustrum cum duobus bobus non potest vehere tria milia librarum; sed ut summum duo milia cum medio, uti auriga testantur: quare ad 258,766 libras subvehendas, opus fuit centum plaustris. Ergo quæ sex plaustris imponi non poterunt, partim aliis imposita sunt, partim ab ipsis levitâ portata sunt: denique pars aris, quæ in vasa tabernaculi insumpta non fuit, sed superflua, utpote profana, non à levitâ, sed à laicis aliarum tribuum curribus vecta fuit.

CHAPITRE XXXIX.

1. Béséleel fit aussi d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin, les vêtements dont Aaron devait être revêtu dans son ministère saint, selon l'ordre que Moïse en avait reçu du Seigneur.

2. Il fit donc l'éphod d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors;
3. Le tout étant d'un ouvrage tissu de différentes couleurs, il coupa des feuilles d'or fort minces, qu'il réduisit en fils d'or, pour les faire entrer dans la tresse de ces autres fils de plusieurs couleurs.

4. Duasque oras sibi invicem copulatas in utroque latere summitatum,

5. Et haltem ex eisdem coloribus, sicut præcepit Dominus Moysi.

6. Paravit et duos lapides onychinos, astrictos et inclusos auro, et sculptos arte gemmarum nominibus filiorum Israel;

7. Posuitque eos in lateribus superhumeralis, in monumentum filiorum Israel, sicut præceperat Dominus Moysi.

8. Fecit et rationale opere polimito juxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpurâ, coccoque bis tincto, et bysso retortâ;

9. Quadrangulum, et duplex mensuræ palmi.

10. Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus;

11. In secundo, carbonculus, sapphirus, et jaspis;

12. In tercio, ligurius, achates, et amethystus;

13. In quarto, chrysolithus, onychinus, et beryllus; et circumdati et inclusi auro per ordines suos.

14. Ipsique lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum.

15. Fecerunt in rationali et catenulis sibi invicem coherentibus, de auro purissimo;

16. Et duos uncinos, totidemque annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in utroque latere rationalis,

17. E quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt uncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant.

18. Hæc et ante et retrò ita conveniebant sibi, ut superhumeralis et rationale mutuo necerentur,

19. Stricta ad haltem, et annulis fortis copulata, quos jungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, et à se invicem moverent, sicut præcepit Dominus Moysi.

20. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,

21. Et capitum in superiori parte contra medium oramque per gyrum capitii textilem,

22. Deorsum autem ad pedes mala pecunia ex hyacintho, purpurâ, vermiculo, ac bysso retortâ;

23. Et tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata, in extremâ parte tunice per gyrum;

24. Tintinnabulum autem aureum, et malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præcepit Dominus Moysi.

25. Fecerunt et tunicas byssinas opere textili Aaron et filiis ejus;

26. Et mitras cum coronulis suis ex bysso,

27. Feminalia quoque lineâ, byssina;

28. Cingulum verò de bysso retortâ, hyacintho, purpurâ, ac vermiculo bis tincto, arte plumariâ, sicut præcepit Dominus Moysi.

29. Fecerunt et laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripsitque in ea opere gemmarum: SACRUM DOMINI;

30. Et strinxerunt eam cum mitrâ vittâ hyacinthinâ, sicut præcepit Dominus Moysi.

4. Les deux côtés de l'éphod venaient se joindre au bord de l'extrémité d'en haut.

5. Il fit la ceinture du mélange des mêmes couleurs, selon l'ordre que Moïse en avait reçu du Seigneur.

6. Il tailla deux pierres d'onx qu'il enchâssa dans de l'or, sur lesquelles les noms des enfants d'Israël furent écrits selon l'art du lapidaire;

7. Il les mit aux deux côtés de l'éphod, comme un monument pour les enfants d'Israël, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

8. Il fit le rational tissu du mélange de fils différents comme l'éphod, d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors;

9. Dont la forme était carrée, l'étoffe double, et la longueur et la largeur de la mesure d'un palme.

10. Il mit dessus quatre rangs de pierres précieuses. Au premier rang il y avait la sardoine, le topaze et l'émeraude;

11. Au second, l'escarboucle, le saphir et le jaspé;

12. Au troisième, le ligure, l'agate et l'améthyste;

13. Au quatrième, le chrysolite, l'onx et le béril; et il les enchâssa dans l'or chacune en son rang.

14. Les noms des douze tribus d'Israël étaient gravés sur ces douze pierres précieuses, chaque nom sur chaque pierre.

15. Ils firent auratorial deux petites chaînes d'un or très-pur, dont les chaînons étaient enlacés l'un dans l'autre;

16. Deux agrafes et autant d'anneaux d'or. Ils mirent les anneaux aux deux côtés du rational,

17. Et ils y suspendirent les deux chaînes d'or qu'ils attachèrent aux deux agrafes qui sortaient des angles de l'éphod.

18. Tout cela se rapportait si juste devant et derrière, que l'éphod et le rational demeuraient liés l'un avec l'autre,

19. Etant resserrés vers la ceinture, et liés étroitement par des anneaux dans lesquels était passé un ruban d'hyacinthe, afin qu'ils ne fussent point lâches, et qu'ils ne pussent s'écartier l'un de l'autre, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

20. Ils firent aussi la tunique de l'éphod toute d'hyacinthe;

21. Il y avait en haut une ouverture au milieu, et un bord tissu autour de cette ouverture;

22. Au bas de la robe, vers les pieds, il y avait des grenades faites d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin retors;

23. Et des sonnettes d'un or très-pur qu'ils entremêlèrent avec les grenades tout autour du bas de la robe.

24. Les sonnettes d'or et les grenades étaient ainsi entremêlées, et le pontife était revêtu de cet ornement, lors qu'il faisait les fonctions de son ministère, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

25. Ils firent encore pour Aaron et pour ses fils des tuniques tissées de fin lin,

26. Des mitres de fin lin avec leurs petites couronnes,

27. Et des caleçons qui étaient de fin lin,

28. Avec une ceinture d'un mélange de fils différents d'un fin lin retors, d'hyacinthe, de pourpre, et d'écarlate teinte deux fois, selon que le Seigneur l'avait ordonné.

29. Ils firent la lame sacrée et digne de toute vénération d'un or très-pur, et gravèrent dessus en la manière qu'on écrit sur les pierres précieuses ces mots: LA SAINTE EST AU SEIGNEUR.

30. Ils l'attachèrent à la mitre avec un ruban d'hyacinthe, comme le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

31. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi et testimonii : feceruntque filii Israël cuncta quæ præceperat Dominus Moysi.
32. Et obtulerunt tabernaculum et tectum et universam suppellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases.
33. Oportium de pellibus arietum rubricatis, et aliud oportium de isthinis pellibus ;
34. Velum, arcam, vectes, propitiatorium ;
35. Mensam cum vasis suis et propositionis panibus ;
36. Candelabrum, lucernas et utensilia earum cum oleo ;
37. Altare aureum, et unguentum, et thymiama ex aromatis ;
38. Et tentorium in introitu tabernaculi,
39. Altare æneum, retiaculum, vectes, et vasa ejus omnia : labrum cum basi suâ ; tentoria atri, et columnas cum basibus suis.
40. Tentorium in introitu atri funiculosque illius et paxillos Nihil ex vasis defuit quæ in ministerium tabernaculi, et in tectum foderis, jussa sunt fieri.
41. Vestes quoque, quibus sacerdotes utuntur in sanctuario, Aaron scilicet et filii ejus,
42. Obtulerunt filii Israël, sicut præceperat Dominus.
43. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — DEUSQUE ORAS, supple fecit. De his oris vide c. 28, 10.

VERS. 20. — SCRIPSERUNTQUE IN EA OPERE GEMMATO (id est, in laminâ insculperunt, ut gemmarum insculpere solent in sigillis) : SANCTUM DOMINI.

VERS. 31. — TECTI, tegumentum ex sagis cilicinis quod hebr. *ohel* vocatur, de quo c. 26, 7.

VERS. 45. — BENEDIXIT EIS, scilicet Moses filiis Israël, qui tam liberaliter sua obtulerant Domino, et qui tam studiosè operi tabernaculi insudarant, obediens promptissimè voci Domini. Patet ex Hebræo. Non rectè ergo Abul. sic explicat : *Benedixit illis, scilicet instrumentis tabernaculi, quasi hæc benedictio fuerit eorum consecratio*; nam illa non hæc, sed postea c. 40, 9, in tabernaculi erectione per unctionem consecrata sunt.

CAPIT. XL.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :
2. Mense primo, primâ die mensis, eriges tabernaculum testimonii.
3. Et pones in eo arcam, demittesque ante illam velum ;
4. Et illatâ mensâ, pones super eam quæ ritè præcepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis,
5. Et altare aureum in quo adoletur incensum, coram arcâ testimonii. Tentorium in introitu tabernaculi pones.
6. Et ante illud altare holocausti :

51. Ainsi tout l'ouvrage du tabernacle et de la tente du témoignage fut achevé. Les enfants d'Israël firent tout ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse.

52. Ils offrirent le tabernacle avec sa couverture, et tout ce qui servait à son usage, les anneaux, les ais, les bâtons, les colonnes avec leurs bases,

53. La couverture de peaux de montons teintes en rouge, et l'autre couverture de peaux violettes ;

54. Le voile, l'arche, les bâtons pour la porter, le propitiatoire ;

55. La table avec ses vases, et les pains toujours exposés devant le Seigneur ;

56. Le chandelier, les lampes, et tout ce qui devait y servir, avec l'huile ;

57. L'autel d'or, l'huile destinée aux onctions, les parfums composés d'aromates ;

58. Et le voile à l'entrée du tabernacle ;

59. L'autel d'airain, avec la grille, les bâtons pour le porter, et toutes les choses qui y servaient ; le bassin avec sa base, les rideaux du parvis et les colonnes avec leurs bases,

40. Le voile à l'entrée du parvis, ses cordons et ses pieux. Il ne manqua rien de tout ce que Dieu avait ordonné de faire pour le ministère du tabernacle, et pour la tente d'alliance.

41. Les enfants d'Israël offrirent aussi les vêtements dont les prêtres, Aaron et ses fils devaient se servir.

42. Dans le sanctuaire, selon que le Seigneur l'avait ordonné.

43. Et Moïse voyant que toutes ces choses étaient achevées, les bénit.

Tropol. qui in animâ suâ tabernaculum Dei, per humilitatem, charitatem, orationem, aliasque virtutes ædificant, eo completo benedicuntur à Domino, quia gratiâ et gloriâ cumulabuntur : *Benedictio super caput justî ; os autem impiorum aperit iniquitas*, inquit Sapiens Prov. 20. Sic benedictus fuit Abraham : *Per memetipsum juravi, dicit Dominus, quia fecisti hinc rem, et non peperisti filio tuo unigenito, benedictum tibi, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ*. Gen. 22, 16. Hinc Eccl. c. 11, 24 : *Benedictio Dei in mercedem justî festinat*. Et c. 39, 27 : *Benedictio illius quasi fluvius inundabit, præsertim in die judicii, cum suis electis dicit : Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*.

CHAPITRE XL.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit :
2. Vous dresserez le tabernacle du témoignage au premier jour du premier mois de la seconde année après la sortie de l'Égypte.
3. Vous y mettez l'arche, et vous y suspendrez le voile au-devant.
4. Vous apporterez la table, et vous mettez dessus ce que je vous ai commandé, selon l'ordre qui vous a été prescrit. Vous placerez le chandelier avec ses lampes,
5. Et l'autel d'or sur lequel se brûle l'encens devant l'arche du témoignage. Vous mettez le voile à l'entrée du tabernacle,
6. Et au-devant du voile l'autel des holocaustes :

7. Labrum inier altare et tabernaculum, quod implebis aquâ.

8. Circumdabisque atrium tentorii, et ingressum ejus.

9. Et assumpto unctionis oleo, unges tabernaculum cum vasis suis, ut sanctificentur ;

10. Altare holocausti et omnia vasa ejus.

11. Labrum cum basi suâ : omnia unctionis oleo consecrabis, ut sint Sancta sanctorum.

12. Applicabisque Aaron et filios ejus ad fores tabernaculi testimonii, et lotos aquâ.

13. Induc sanctis vestibus, ut ministrent mihi, et unctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.

14. Fecitque Moyses omnia quæ præceperat Dominus.

15. Igitur mense primo anni secundi, primâ die mensis, collocatum est tabernaculum.

16. Erexitque Moyses illud, et posuit tabulas, ac bases et vectes, stativæ columnas ;

17. Et expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper oportium, sicut Dominus imperaverat.

18. Posuit et testimonium in arcâ, subditis infra vectibus, et oraculum desuper.

19. Cumque disuper arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum ut explet Domini jussonem.

20. Posuit et mensam in tabernaculo testimonii ad plagam septentrionalem extra velum,

21. Ordinatis coram propositionis panibus sicut præceperat Dominus Moysi.

22. Posuit et candelabrum in tabernaculo testimonii è regione mense in parte australi,

23. Locatis per ordinem lucernis, juxta præceptum Domini.

24. Posuit et altare aureum sub tecto testimonii contra velum,

25. Et adolevit super eo incensum aromatum, sicut jusserrat Dominus Moysi.

26. Posuit et tentorium in introitu tabernaculi testimonii,

27. Et altare holocausti in vestibulo testimonii, offerens in eo holocaustum, et sacrificia, ut Dominus imperaverat.

28. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonii et altare, implens illud aquâ.

29. Laveruntque Moyses et Aaron ac filii ejus manus suas et pedes,

30. Cum ingredierentur tectum foderis, et accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi.

31. Erexit et atrium per gyrum tabernaculi et altaris, ducto in introitu ejus tentorio. Postquam omnia perfecta sunt,

32. Operuit nubes tabernaculum testimonii, et gloria Domini implevit illud.

33. Nec poterat Moyses ingredi tectum foderis, mube operiente omnia, et majestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat.

S. S. VI.

7. Le bassin que vous remplirez d'eau sera entre l'autel et le tabernacle.

8. Vous entourerez de rideaux le parvis et son entrée.

9. En prenant l'huile des onctions, vous en oindrez le tabernacle avec ses vases, afin qu'ils soient sanctifiés ;

10. L'autel des holocaustes et tous ses vases ;

11. Le bassin avec sa base : vous consacrez toutes ces choses avec l'huile destinée aux onctions, afin qu'elles soient saintes et sacrées.

12. Vous ferez venir Aaron et ses fils à l'entrée du tabernacle du témoignage, et, les ayant fait laver dans l'eau,

13. Vous les revêtirez des vêtements saints afin qu'ils me servent, et que leur onction passe pour jamais dans tous les prêtres qui leur succéderont.

14. Et Moïse fit tout ce que le Seigneur le lui avait commandé.

15. Ainsi le tabernacle fut dressé le premier jour du premier mois de la seconde année après la sortie de l'Égypte.

16. Moïse l'ayant dressé, il mit les ais avec les bases, et les barres de bois pour les tenir, et posa les colonnes.

17. Il étendit le toit au-dessus du tabernacle et mit dessus la couverture, selon que le Seigneur le lui avait commandé.

18. Il mit dans l'arche les tables de la loi, qui étaient comme le témoignage de l'alliance que Dieu avait contractée avec son peuple. Il fit passer des deux côtés les bâtons dans leurs anneaux pour la porter et il plaça l'oracle au-dessus de l'arche.

19. Et ayant porté l'arche dans le tabernacle, il suspendit le voile au-devant pour accomplir le commandement du Seigneur qui voulait que ce lieu saint fût caché aux yeux des hommes.

20. Il mit la table dans le tabernacle du témoignage, du côté du septentrion, hors du voile ;

21. Et plaça dessus en ordre devant le Seigneur les pains qui devaient être toujours exposés, selon que le Seigneur le lui avait commandé.

22. Il mit aussi le chandelier dans le tabernacle du témoignage, du côté du midi, vis-à-vis de la table ;

23. Et il y disposa les lampes selon leur rang, comme le Seigneur le lui avait ordonné.

24. Il mit encore l'autel d'or sous la tente du témoignage devant le voile ;

25. Et il brûla dessus l'encens composé d'aromates, selon que le Seigneur le lui avait commandé.

26. Il mit aussi le voile à l'entrée du tabernacle du témoignage,

27. Et l'autel de l'holocauste dans le vestibule du témoignage, sur lequel il offrit l'holocauste et les sacrifices, selon que le Seigneur l'avait commandé.

28. Il posa aussi le bassin entre le tabernacle du témoignage et l'autel, et le remplit d'eau.

29. Moïse et Aaron, et ses fils, y lavèrent leurs mains et leurs pieds,

30. Avant d'entrer dans le tabernacle de l'alliance, et de s'approcher de l'autel, comme le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

31. Il dressa aussi le parvis autour du tabernacle et de l'autel, et mit le voile à l'entrée. Après que toutes ces choses eurent été achevées,

32. Une nuée couvrit le tabernacle du témoignage, et il fut rempli de la gloire du Seigneur ;

33. Et Moïse ne pouvait entrer dans la tente de l'alliance, parce que la nuée couvrait tout le tabernacle, et que la majesté du Seigneur éclatait de toutes parts, tout étant couvert de cette nuée.

34. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscerentur filii Israel per turmas suas:

35. Si pendebat desuper, manebant in eodem loco.

36. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, et ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LOCUTUSQUE EST DOMINUS AD MOYSEN. Hoc eodem primo anno egressus Hebræorum ex Ægypto, cum adhuc Hebræi morarentur in Sinâ, cumque jam quasi completa esset fabrica tabernaculi, puta sub finem anni primi, et instante anno secundo. Ita Abul.

VERS. 2. — MENSE PRIMO. Intelligesecundi anni egressus ex Ægypto, ut patet v. 15.

ERIGES TABERNACULUM TESTIMONII. Hebr. eriges *miscan ohel*, id est, tabernaculum tentorii testimonii: *miscan* enim, id est, tabernaculum, vocatur infimum arcum picturatum, quod supra se habebat *ohel*, id est, tentorium, sive sagum è pellibus caprinis.

Alleg. tabernaculum erectum est, cum corpus Christi in utero B. Virginis eformatum, et post 33 annos rursùm à mortuis excitatum est, inquit S. Cyril. lib. 4 in Joan. 28; rursùm cum Ecclesia Christi formata et collecta est. Vide dicta c. 26, 4.

VERS. 4. — CANDELABRUM STABIT CUM LUCERNIS SUIS. Pro stabit hebr. est *haaldâ*, id est, ascendere facies, quod Septuag. et noster vertunt: *Elevabis*, ut stet erectum in altum. Secundo, Chald. et recentiores vertunt: *Accendes*, id est, quæ aptum est, si intelligas, *accendes*, scilicet vespere, juxta id quod præceptum est cap. 27, 11: utrumque enim factum est à Mose; sic et mensa posita est cum suis panibus. Vide Num. 4, initio.

VERS. 5. — TENTORIUM (id est, velum) IN INTROITU TABERNACULI PONES. Puta ante Sanctum, de quo c. 26, 36; passim enim hic tentoria vocantur vela, ut v. 8, 26, 51.

VERS. 15. — UNCTIO EORUM IN SACERDOTIUM SEMPERNUM PROFICIAT, q. d.: Ista consecratio faciet eos sacerdotes quamdiu vivent, sicut in novo Testamento sacerdotes per characterem Ordinis, quem semel in consecratione acceperunt, permanent sacerdotes in æternum. Ita Abulens., unde Sept. et Hebræa pro *proficiat*, habent *erit*; Chald. verit: *Unget eum, sanctificabisque illum, ut ministret coram me.*

VERS. 15. — MENSE PRIMO ANNI SECUNDI, PRIMA DIE MENSIS COLLOCATUM EST TABERNACULUM. Nota. Moses descendit de monte cum tabulis legis die 28 mensis quinti anni primi egressus ex Ægypto, ut ostendi c. 34, 28; ab illa ergo die usque ad finem anni per septem menses fabricavit Moses tabernaculum cum suis vasibus, ita ut initio sequentis anni, puta primo die, exerit tabernaculum.

Nota secundo. In hac collocatione sive erectione tabernaculi finitur Exodus: unde patet Exodum finire et terminare historiam Hebræorum in anno secundo, mense primo, egressus eorum ex Ægypto, cum ipsi

34. Quand la nuée se retirait du tabernacle, les enfants d'Israël partaient et marchaient en ordre par diverses bandes:

35. Si elle s'arrêtait au-dessus, ils demeuraient dans le même lieu.

36. Car la nuée du Seigneur se reposait sur le tabernacle durant le jour, et une flamme y paraissait pendant la nuit, tous les peuples d'Israël la voyant de tous les lieux où ils logeaient

versarentur in 12 mansiones in Sinâ, quod fuit. mundi 2433 à diluvio an. 798.

VERS. 17. — TECTUM. Secundum aureum caprinum, quod hebr. vocatur *ohel*, et super istud stravit tertium tabernaculi operimentum ex pellibus, quod hebr. vocatur *nichse*.

VERS. 18. — POSUIT ET TESTIMONII (id est, legem, puta tabulas legis) IN ARCA.

VERS. 24. — POSUIT ALTARE AUREUM SUB TECTO TESTIMONII. Sub tecto continent arcam, in qua erat testimonium, id est, lex, sive tabula legis.

CONTRA VELUM. Gravis hic est quæstio, ubinam situm fuerit altare hoc aureum, puta thymiatis, an intra Sanctum sanctorum, an extra? nam fuisse intra Sanctum sanctorum censet Orig. hom. 9 in Lev.; S. August. quest. 175, et alii quos sine nomine refert Theop. in c. 9 ad Hebr. Unde S. Aug. *es contra velum* ita accipit ac si dictum esset, *puta thymiatis*. Et probatur primò ex eo quod c. 50, 10, dicitur: *Et deprecabitur Aaron super cornu ejus (altaris thymiatis) semel per annum in sanguine*; hoc autem videtur accipiendum de Sancto sanctorum: nam in illud semel tantum in anno ingrediebatur pontifex, in Sanctum verò quotidie. Secundo, quia 5 Reg. 6, 22, dicitur: *Sed et totum altare oraculi texit auro*, quod non aliud esse potest quam altare thymiatis; erat ergo hoc altare oraculi, id est, intra oraculum, et Sanctum sanctorum. Tertio, Hebr. 9, 5, Sancta sanctorum dicuntur habuisse aureum thuribulum; hoc autem non videtur aliud esse quam altare thymiatis, nam Apostolus hujus altaris alio nomine non meminit, cum describit ea quæ erant in tabernaculo; nec Moses thuribuli istius meminuit, quod ab altari thymiatis distinctum, positum fuerit intra Sanctum sanctorum.

Accedit et ratio: altare enim illud factum erat ad thymiama coram Deo adolendum; ergo ponendum erat intra Sancta sanctorum ante arcam, ubi maxime Deus suum præsentium exhibebat.

Verùm dico cum S. Hieron., Theop. in Hebr. 9, Bedâ lib. 5 de Tab. cap. 11 et 12, S. Tho. 4-2, quest. 102, art. 4, ad 6.—Lyrân., Abul., Cajet., Lippom., Ribera et alii, altare thymiatis fuisse extra Sanctum sanctorum, idèoque inter illud et altare hoc medium fuisse velum. Est hæc expressa sententia Josephi 5 Ant. 7 et 8, cap. 2. Probatur primò ex eo quod cap. 50, v. 6, dicitur: *Pones altare contra velum, quod ante arcam pendet*, ubi hebræicè est, *coram velo, vel ante velum*, non autem, intra velum. Secundo, quia hoc c. 40, v. 4 et 5, ubi ordo tabernaculi describitur, dicitur quod Moses posuit arcam in tabernaculo, et appendit ante eam velum, deinde posuit mensam

in tabernaculo, et candelabrum, et altare thymiatis contra velum: ergo non erat hoc altare post velum, intra Sanctum sanctorum, sed ante, videlicet cum mensa et candelabro. Tertio, quia, ut c. 30, v. 8, dicitur, quotidie debebat adolere sacerdos incensum in hoc altari; Sanctum verò sanctorum tantum semel in anno ingredi poterat: ergo hoc altare non erat intra Sanctum sanctorum. Unde Lev. 16, 18, loquens de die expiationis (de qua et cap. 50, v. 10, loquitur Moses) quando sacerdos post ingressum in Sanctum sanctorum, expiabat altare thymiatis, sic ait: *Cum autem exierit (Sancto sanctorum), ad altare quod coram Domino est*; ergo egressi debebat ex Sancto sanctorum ad altare thymiatis: non ergo altare hoc erat intra Sanctum sanctorum. Quarto, in Sanctum sanctorum ingredi tantum licebat summo sacerdoti: atqui ad altare incensum ingrediebantur et apponchant incensum minores etiam sacerdotes, ut patet de Zacharia 4, 18, qui cum esset de vice Abiâ, quæ erat octava sors sacerdotum, 1 Paralip. 14, de qua non erat summus sacerdos, sorte exiit ut poneret incensum. Quod enim dicunt aliqui semel introisse pontificem in Sanctum sanctorum cum effuso sanguine, aliâs verò sæpè introisse, sed eo non effuso, planè repugnat Apostolo ad Hebr. 9, vers. 6 et 7, et Levit. 16, 2. Ad primum respond. non loqui Dominum de incensò quod adolebatur quotidie, sed de expiatione altaris thymiatis, quod, ut dixi argumentò tertio, semel in anno cum universo tabernaculo, post ingressum in Sanctum sanctorum, à sacerdote expiatur. Ad secundum resp. dici altare oraculi, quia factum erat ad hoc ut incensum evaporaret versus oraculum: unde et velum, quod interpositum erat inter Sanctum sanctorum et Sanctum, non pertingebat à deorsum ad lectum omnino, sed supernè aliqua pars relinquebatur vacua, quæ fumus aromatum ingrediebatur oraculum: quantum et altare oraculi dici possit, quia contiguum erat oraculo, non verò dissitum ab eo, uti erat altare holocaustorum, imò altare hoc thymiatis planè respondens erat oraculo, solummodo velo ab eo dissidabat. Clarius id Hebræa insinuat, quæ habent, *altare ad oraculum*, quod Septuag. vertunt: *Altare ante faciem oraculi*. Ad tertium, interpretes multi, ut Anselmus, S. Thom. et Lyrân. in 9 ad Hebr., thuribulum de quo Apostolus, esse volunt illud quod pontifex intrans Sanctum sanctorum adolebat incensum; sed S. August. et Orig. hom. 9 hic bene docent thuribulum hoc non aliud fuisse quam altare thymiatis, idque validè confirmat Abul. quest. 6; nam præter illa quæ argumentum proposuit, si illud thuribulum pontificis intrantis Sanctum sanctorum erat in Sancto sanctorum; ergo ter, ut minimum, ingrediebatur pontifex Sanctum sanctorum, videlicet primò, ut efferret thuribulum; secundo, quando cum eo thure et igne impleto redibat, ut adoleret incensum et suffumigeret in Sancto sanctorum; tertio, cum rursùm egrediendum illi erat ad cineres et ignem exponendum, et regrediendum ad reponendum thuribulum, cum tamen tantum semel illi liceret ingredi Sanctum sanctorum, idque non

nisi cum thuribulo et suffitu; nam moriturus aliqui erat pontifex, qui sine his ingredere, ut patet, Levit. 16, v. 12 et 13.

Resp. ergo, thuribulum hoc esse idem cum altari thymiatis: neque mirum altare thuribulum dici, quia magis thuribuli instar erat, nec alium habebat usum quam thuribulum, videlicet ut contineret ignem et incensum. Clarius hoc est in Græco ad Hebr. 9, nam ibi hoc thuribulum dicitur *θυμιαστήριον*, quo prorsus eodem nomine, Josephus altare thymiatis nominat, lib. 5 Antiq. 7 et 6 Belli 6; et, si etymon spectes, suffumigatorium sonat, quod tam de thuribulo proprie dicto quam de altari accipi potest. Simili terminatione *θυμιαστήριον* altare dicitur, quasi sacrificatorium.

Ad argumentum respondeo: Quod dicit Apostolus, Sanctum sanctorum habuisse aureum thuribulum, id est, altare thymiatis, intellige non intra se, sed extra velum habuisse illud sibi obversum, et ob sulcillum et reverentiam erectum, unde et altare oraculi dicitur, ut dixi in responsione ad secundum. Varii enim sunt habendi modi, ait Aristot. in Postprædicationis: sic domus habet atrium, flumen habet ripam, templum habet turrem, non utique intra se; vide Ribera lib. de Templo c. 7. Erat ergo hoc altare coram velo directè vergens ad propitiatorium, ait Cajet., ac consequenter erat in medio latitudinis tabernaculi, ita ut sacerdos super illud incensum thymiama et orans, faciem suam directè haberet ad propitiatorium, intercedente tamen velo, ut sit se quasi Deo obverteret. Vide Vilalpando p. 541.

Ad quartum respondeo, erectum esse hoc altare ad adolendum thymiama coram Deo, sed non à beatissimis in celo in clarâ Dei presentia, qui significabantur Sancto sanctorum, sed ab Ecclesiâ militante, quæ per sanctum significabatur: hæc enim per velum in ænigmatè Deum cognoscit, colit et adorât, unde in Sancto, id est, Ecclesiâ militante, non verò in Sancto sanctorum, id est, in celo, constituendum fuit hoc altare.

VERS. 51 et 52. — POSTQUAM OMNIA PERFECTA SUNT, OPERUIT NUBES TABERNACULUM TESTIMONII, ET GLORIA DOMINI IMPLEVIT ILLUD. *Gloria Domini* vocatur angusta illa nubes, quæ licet esset densa, erat tamen lucida et coruscans. Deique majestatem quasi velabat et significabat. Ita S. Aug. quest. 175. Sic gloria pro luce, claritate et splendore sæpè accipitur, ut Exodi 24, 17, et c. 35, 18 et 22. Levit. 9, 25. Num. 4, 10. 5 Reg. 8, 11. Ecclesiastici 45, 5. Ezech. 44, 4.

VERS. 55. — NEC POTERAT MOYSES INGREDI TECTUM FOEDERIS, tum ob reverentiam majestatis Domini, inquit Cajet., tum quia nubes illa densa omnia operiebat, ita ut Moses videre non posset. Simile accidit in dedicatione templi, 3 Reg. 8, 11. Idque primâ tantum vice factum est, cum dedicaretur tabernaculum; nam aliâs illud ingressus est Moses.

Allegoricam causam dat S. August. et Rabân.: Moses enim Judæorum personam gerebat, quibus gloria Domini, quæ in tabernaculo est, id est, gratia Christi

que in Ecclesia est, tanquam nubes opponitur, ut eam non intelligant, non credant, ac proinde nec capiant, nec in eam intrent.

VERS. 54.—PROFICISCEBANTUR FILII ISRAEL PER TURNAS SUAS. Hebr. per projectiones suas, quibus scilicet turnatim sive per turnas proficiscebantur.

SI QUANDO NUBES TABERNACULUM DESEREBAT, PROFICISCEBANTUR FILII ISRAEL. Hebr. est, si quando nubes ascendebat, et elevabatur supra tabernaculum: tum enim ipsa nubes, puta columna nubis, prima iter inibat, illudque Hebraeis praebat, ut ipsi eodem sequerentur, de quo plura Num. 9.

Mysticè, columna haec dux viae, non in Chanaan, sed in caelum, est fides, gratia et illuminatio Spiritus sancti; hanc fixè intueamur, hanc studiosè nocte et die sequamur, ut ea nos illustret in caeleste et aeternum Dei regnum deducat. Zeuxis, celeberrimus pictor, rogatus cur tam morosè et exactè suas imagines qua-

quaversum depingeret, respondit: Pingo aeternitatem. Et nos ergo studiosè et exactè per omnia vitam nostram depingamus. Pinge, imò vive Deo, vive caelo, VIVE AETERNITATEM.

O stupor, ô amentia, ô insania filiorum Adae! Ad aeternorum infidelitatumque honorum possessionem conditi estis; ut quid vos tanto affectu ad fugaces vanissimasque reulas abjicitis? Deus vos coeli haeredes, aeternitatis possessores scripsit; quid tam avidè temporaria, et caduca affectatis? Sapite, sapite, VIVITE AETERNITATEM.

Vos, ô praecones verbi Dei, satores, inquam, aeternitatis, clamate, quasi tuba exaltate vocem, vocate omnes ad aeternitatem, insonate cum Christo: *Poenitentiam agite, appropinquat regnum caelorum, appropinquat AETERNITAS, et vita aeterna: ut quid diligitis vanitatem? VIVITE AETERNITATEM.*

DOXOLOGIA DEI SALVATORIS, EX GESTIS ET EPITOME EXODI.

Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion.

Quis loquetur potentias Domini et auditas faciet omnes laudes ejus?

In exitu Israel de Aegypto; domus Jacob de populo barbaro;

Facta est Judaea sanctificatio ejus; Israel potestas ejus.

Intravit enim Israel in Aegyptum; et Jacob accola fuit in terrâ Cham.

Auxit ibi Deus populum suum vehementer; et firmavit eum super inimicos ejus.

Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus; et dolum facerent in servis ejus.

Misit ad Pharaonem Moysen servum suum; et Aaronem electum Domini.

Posuit in eis verba signorum suorum; et prodigiorum in terrâ Cham.

Convertit aquas eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum.

Edidit terra eorum ranas; in penetralibus regum isporum.

Dixit, et venit oecomyia; et cinipes in omnibus finibus eorum.

Posuit pluvias eorum grandinem; ignem comburentem in terra isporum.

Et percussit vineas eorum, et ficulneas eorum; et contrivit lignum finium eorum.

Dixit, et venit locustae; et bruchus, cujus non erat numerus.

Et comedit omne foenum in terrâ eorum; et omnem fructum terrae eorum.

Misit tenebras, et obscuravit; percussit eis igne, et spectris in nocte horrendâ.

Percussit omne primogenitum in terrâ eorum; primitias omnis laboris eorum.

Eduxit Hebraeos cum argento et auro; quibus spoliaverunt Aegyptum.

Egressus est populus Dei in exultatione; et electi ejus in letitia.

Letata est Aegyptus in profectioe eorum, quia incubuit timor eorum super eos.

Expandit Dominus nubem in protectionem eorum; et ignem, ut lucret eis per noctem.

Audit Pharaeo eos concludi mari Rubro; dixit: Persequar, et interficiet eos manus mea.

Ingressus est post eos cum curribus, et equitibus suis in mare; et reduxit super eos Dominus aquas maris.

Filii autem Israel ambulaverunt per siccam, in medio ejus, quasi in deserto.

Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est: equum et ascensorem dejecit in mare.

Beatus es tu, Israel, quis similis tui, popule, qui salvaris in Domino?

Ascensor coeli auxiliator tuus; ipse est scutum auxilii tui, et gladius gloriae tuae.

Dominus quasi vir puguator; Omnipotens nomen ejus.

Currus Pharaonis, et exercitum ejus projecit in mare; electi principes ejus submersi sunt in mari Rubro.

Abyssis operuerunt eos; descenderunt in profundum quasi lapis.

In Spiritu furoris tui, Domine, congregatae sunt aquae; sicut unda fluens utrinque instat murorum, donec pertransierit populus tuus, quem possidisti.

Flavit spiritus tuus, et operuit Aegypti mare submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui? magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia.

Maria prophetissa duxit chorum mulierum, eisque cum tympano praecinuit: Cantemus Domino gloriosè.

Preclusit illa B. Marie Deiparae, matri Jesu, qui nos inferno liberavit; quam proinde beatam dicent omnes generationes.

Peterunt Hebraei carnes, et venit coturnix; dedit eis Deus manna, et pane coeli saturavit eos.

Panem angelorum manducavit homo; cibaria misit eis in abundantia.

In Raphidim eduxit aquam de petra; et adaquavit eos, velut in abisso nullâ.

Venit Amalec, pugnas contra Israel; orante Mose, contrivit eum Josue.

In Sinâ descendit Deus in igne, fumo, procellis et bœcînâ; voce thalî Decalogum promulgavit.

Dedit Mosi præcepta, judicia et caeremonias, quibus fœdus sancit cum Hebraeis.

Jussit fabricare arcam fœderis, cherubim, et propitiatorium; mensam panum propositionis, et candelabrum aureum.

Tabernaculum, cortinas, vectes, atrium; et in eo altare holocaustorum, cum labro aeneo.

Altare quoque thymiamatis, cum incenso; Aaroni dedit sacerdotium gentis.

Circumcinxit eum zonâ; et induit eum stolam gloriae.

Femoralibus, tunicâ, humerali, et rationali vestivit eum; posuit in eo duodecim gemmas, quasi stemmata, et magnalia duodecim tribuum Israel.

Urim et tummim insculpsit ei; ut veritas doctrinae et perfectio vitae conderentur in pectore sacerdotis.

In veste poderis totus erat orbis terrarum; cinxit illum tintinnabulis aureis, plurimis in gyro.

Dare sonitum in incessu suo, auditum facere pulsum in templo, in memoriam filii gentis suae.

Coronam auream dedit super mitram ejus; expressam

signo sanctitatis, et gloria honoris; Sanctum Domino.

Hæc omnia operati sunt Deseleel, et Ooliab; quos implevit Dominus spiritu sapientiae ad fabricandum ea.

Tardante Mose in Sinâ, Hebraei fecerunt vitulum aureum; et adoraverunt sculptile.

Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comeditis fœnum.

Oblitus sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terrâ Cham, terribilia in mari Rubro.

Et dixit, ut disperderet eos, si non Moses electus ejus stetit in confectione, in conspectu ejus.

Dicens: Dimitte eis hanc noxam; aut dele me de libro tuo quem scripsisti.

Stetit Moses in petra; vidit tergum et gloriam Domini.

Corna lucis afflavit ei Dominus; dedit ei duas tabulas inscriptas Decalogo.

Fecit Moses tabernaculum cum vasis suis; erexit illud in templum Domino.

Laudate Dominum de caelis; laudate eum in excelsis.

Laudate eum in tympano, et choro; laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis jubilationis; omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto; sicut erat in principio, et nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

IN LEVITICUM COMMENTARIUM.

Argumentum.

Dicitur hic liber hebraicè *vaiçera*, id est, et *vocavit*, à suo exordio; Graecis et Latinis vocatur Leviticus, à materiâ quam tractat; tractat enim de sacrificiis aliisque munitis Levitarum. Nam Levitæ, id est, qui erant prognati ex patre et tribu Levi, electi fuerunt à Deo ad munus sacerdotale, et ad ministrandum ei in tabernaculo; sed hæc partitione, ut Amramitæ, sive posterî Amram, hoc est, Aaron ejusque filii, sacerdotio fungerentur, solique sacrificarent; ceteri, puta posterî Caath, Merari et Gerson (qui omnes fuerunt filii Levi) hisce subservirent, ut sacerdotibus nostris diaconi. Vide c. 5 et 4 Numer. Quod factum est ut priores, sacerdotes, posteriores, Levitæ, nomine communi inferioribus appropriato, vocarentur; solet enim species imperfectior sibi nomen generis appropriare; sic brutum vocamus animal. Hic tamen contrarium accidit; nomen enim generis datur hic dignioribus; nam per Levitas hic sacerdotes intelliguntur, cum Leviticum vocamus hunc librum.

Leviticus ergo idem est quod sacerdotalis, aut sacrificatorius; continet enim præcepta caeremonialia, quibus propriè Israeliticus populus Deo, Deique familiae et cultui allectus est, circa oblationes et sacrificia, qui excellentissimi sunt cultus quos exterius Deo deferimus. Quare prima causa sancientiorum horum sa-

crificiorum, fuit debitus Deo exterior cultus et veneratio. Secunda, ut à pernicioso otio et idololatrâ hæc ratione Judæos pie occupatos semper Deus avocaret. Hanc causam dat S. Clemens lib. 1 Recog. sub medium, Chrysost. homil. 6 in Matth., Hieron. in 1 Isaia, et Tertull. lib. 2 contra Marcion. c. 18, ubi sic ait: *Per sacrificiorum onera, et operationum ac oblationum negotiosas scrupulositates, religioni suae voluit eos Deus astringere, ne simulacris faciendis delinquerent.* Tertia, ut variis typis dignitatem, variamque rationem sacrificii Christi in cruce peracti, adumbrarent. Omnia enim hæc sacrificia Christum adumbrasse, Christianis immolationem, docet S. August. lib. 1 contra adversar. legis et Prophet. c. 18, et l. 17 de Civit. c. 2, Euseb. l. 1 Demonst. 10, Conc. Trident. sess. 22, c. in fine, et S. Leo serm. 8 de Passione, ubi sic ait: *Nunc carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum una corporis et sanguinis Domini implet oblatio; ut sicut, unum est pro omni victimâ sacrificium, ita unum de omni gente sit regnum.* Unde et in Collectâ Ecclesiae dicitur: *Deus, qui legalium differentiam hostiarum unius sacrificii perfectione sanxisti.* Quarta, ut significarent ea quo nos agere convenit, itaque mores nostros instruerent, uti docent S. August. 10 Civit. 5, Clemens Alexandr. lib. 5 Strom., Theod. lib. de Sacri-